litatem quippe platus est. per sup-
biam reprobatus domino attestan-
quiat, Nonne cum esses paruulus
in oculis tuis caput te constitui in
tribubus israhel, Paruulum se
idem saul ante potestatem uide-
rat. sed fultus temporalę poten-
tia iam se paruulum non uidebat,
ceterorum namque conparatione
se praeferens. magnum se aput se esse
iudicat, Miro autem modo cum aput se
se paruulus aput deum magnus,
cum autem aput se magnus aput deum
paruus fuit, Plerumque dum ex
subiectorum affluentia principis
animus inflatur, In fluxum superbiae
ipso potentiae fastigio lenocinante
corrumpitur, sed aliud est quolibet
bona non esse aliud bona bene habe-
re nescire, In omne quod princeps
agit tribulatione et angustia ual-
latur, quia cor eius anxietate et
suspicione confunditur, sicut per
beatum iob dicitur, Terrebit eum
tribulatio et angustia uallauit
eum sicut regem qui praeparatur
ad praelium, Quamuis quolibet in loco
positus princeps cogitando loquen-
do uel faciendo delinquat, Tunc
tamen propter tria haec animus effrenatius
rapitur. cum mundi huius prosperi-
tate frequentius subleuatur,
Cum praeire se princeps potestate
ceteris conspicit, alta de se elate
cogitans sentit, Et cum auctorita-
te uocis a nullo resistitur lingua
licentius per abrupta diffrenatur,
Cum plerumque facere principi
quodlibet licet et iuste sibi omne esti-
mat licere quodlibet, Nabocodo-
nosor rex babyloniae dum elata
mente aput se uolueret dicens,
Nonne haec est babylon quam ego
aedificaui, in inrationabile animal
protinus conuersus est, quidem
factus fuerat perdidit quia humili-
ter noluit dissimulare quid fecit,
et qui elatione cogitationis se super
homines extulit, ipsum quem com-
munem cum hominibus habuit sensum
hominis amisit, Saepe qui in potes-
tate sunt principes ad subiectorum
passim contumelias erumpunt,
et hoc quod inuigilantes regimini
seruiunt per linguae procacitatem per-
dunt, Per salamonem dicitur, Uae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0334